

EXAMEN CENSURÆ

Deo obediatur, virtute huius dilectionis tenetur abnegare, & qui Deum ejusq; obedientiam supra omnia diligit, etiam ad non diligendum mundum ejusq; cupiditates satis obstringitur. Mira sanè & prolixa collectio. Sic quidlibet ex quolibet quis deduxerit, per consequentiarū infinitas & pro arbitrio concatenatas trochleas. Dilectio Dei, quæ Lege Decalogi jubetur, non est nisi observatio mandatorum istorū,

Sub præcepto diligendi Deū supra omnia nō necessario continetur. præceptū de obscurè indicant, cùm dilectioni isti, qua Deus diligi jubetur ex to-directione no-stri ipsorum quæ hoc capi-te describitur

quæ Lege ista expressa sunt, & Deum solum spectant. Ista itaq; præcepta supra alia omnia ex animo præstare aut observare, est Deum supra alia omnia diligere. Id Deus ipse & Servator noster non

obscure indicant, cùm dilectioni isti, qua Deus diligi jubetur ex to-corde, tota anima, &c. conjungunt dilectionem proximi, quem nos diligere jubent ut nos ipsos, proinde infra Deuni. Quare si quis ex eo, quod Lex Deum diligere jubet supra omnia, per Logicam & Scholarem quandam ratiocinationem colligere vilit, ergo Lex etiam, ex vi istius præceptionis, jubet ut mundum ejusq; cupiditates non diligamus, ut crucem toleremus; is profectò ineptissimè fecerit. Nam præceptionis istius vis & summa continentur præceptis istis, quæ Deum solum spectant. Alioquin enim cur adderetur, & *diliges proximum tuum, sicut te ipsum?* Nam & hoc ex vi ejusdem præceptionis concludi posset. Unde efficitur, sub ista præceptione, qua Deus diligi jubetur supra omnia in Lege Decalogi, non necessario contineri præcepta, quæ vel nos, vel proximum nostrum spectant. Proinde videndum esse quid præcepta ista, quæ Deum spectant, in se contineant, & quo usq; per evidentem consequentiam extendi possint, alioquin in infinitum ibitur, & nusquam consistet. *Quid ergo? inquit Censor, Lex nobis non vetuerit, mundum diligere & cupiditates ejus? non prohibuerit nobis avaritiam, immundiciem & carnis concupi-*

Redarguitur scientiam? non prescriperit nobis crucis tolerantiam? Qui ita censet, ne-Censoris in-scio utrum inter Christianos sit habendus. Promta spongia est. Quasi clementia & confidentia in verò res Græciæ in eo sitæ sint, si Christianus id neget, & interim damnando.

a Christo severissimè vetita esse credat, ea omnia quæ Lege vetari dicuntur. An propter istam opinionem ex albo Christianorum expungendus statim est? Tum, quid si quis id credat, & simul credat vitia ista aliis, quam quam quæ Decalogo continentur, præceptis vetita olim fuisse? An hoc tantum crimen foret, & non nisi lustribus aquis piandum? ô promptos excommunicatores! Remonstr. quod attinet, ij nihil dubitant, quin vitia illa omnia, quæ ferè cum læsione proximi aliqua sunt conjuncta, qualia sunt avaritia, ambi-gio, concupiscentia carnis, Lege vetita censeri debeant: Ea autem,

quæ